



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

27. An sub generali communicatione privilegiorum Mendicantium veniant  
communicata Altaria privilegiata? Ex p. 6. tr. 7. & Misc. 2. res. 39.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

# De Altaribus Priuilegiatis. Ref. XXVII. &c. 19

## RESOL. XXVII.

An solo generali communicatione priuilegiorum Mendicantium, veniant communicata Altaria priuilegiata?

Ex p. 6, tr. 7. & Msc. 2. Ref. 39.

**O**lim de hoc, casu fuit mihi cum quodam Religioso altercat. Et pro parte affirmatio-  
na facit Mandolus tract. de priuileg. ad instar, glos. 9. &  
Portell. in dubio Regul. verb. priuilegij communicatio-  
ne, quia licet forte priuilegij nomen strictè sumptu-  
num indulgentias non comprehendere: nihilominus  
tamen ex lata significacione vocabuli comprehendere:  
quia omnis gratia Principis priuilegium  
appellari potest, ut dicunt Bald. in praelud. feudal. n. 28.  
Cart. sen. conf. 49. incip. Memorie recolenda. Glos.  
anno super vlt. reg. Cancel. super 2. p. princ. vers. Nam  
omnis gratia Principis dicitur priuilegium. Grammat.  
diss. 9. n. 29. Ioan. Andreas in cap. olim. de verb. signif.  
Mandol. ed. tract. q. 7. n. 4. Cum igitur finis in ma-  
teria fauorabilis, in qua latissima fieri debet verborum  
interpretatio, sequitur sub generali communicatione  
priuilegiorum Mendicantium facta alteri Religioni,  
cum indulgentias comprehendere. Quod autem haec  
in materia maximè fauorabilis, & per consequens  
amplianda, probatur: nam quodlibet priuilegium  
Religioni concessum, censetur fauorabile, etiam si fit  
contra ius commune. Ergo, &c.

2. Sed tunc ego negatiue sententiae adhæsi, & ad-  
dixi in terminis, ut dici solet, terminantibus amicis-  
sum & docum Tamburinum de irre Abbatum,  
tom. 1. disp. 17. quaf. 1. n. 4. Cuius sententiam nouissi-  
mamente docere etiam Merolla in Theologia Morali,  
tom. 1. disp. 6. cap. 4. dub. 7. n. 64. tum quia in generali  
concessione non veniunt ea, que quis verisimiliter in  
specie non est concessurus, Regul. in generali 81. de  
regul. s. 6. Tum etiam quia per communicationem  
generalem priuilegiorum, non communicantur priu-  
ilegia extraordianria, & que raro conceduntur. At alta-  
ria priuilegiata maxime perpetua raro conceduntur  
Secundum Apostolicam: Ergo, &c. Quod etiam patet ex  
communi vita, & stylo Curiae, de quo testatur Lau-  
rentius Peyrin, in declaratione Priuileg. 8. à Paulo III.  
fuo Ordini Ministrorum concessi, numero 2. tom. 2.  
Vnde ex his inferunt Merolla, & Tamburinus supra-  
quod Altaria priuilegiata vni Ecclesie Regularium  
concessa, non censetur communicata aliis Ecclesiis  
sicutem Religionis: quamvis omnes dictæ Ecclesie  
habitent inter se communicationem priuilegiorum  
generaliter factam, quia rationes suprà assignatae  
stiam in hoc casu militant. Facit etiam à fortiori do-  
ctrina Portell. verb. communicatio priuilegiorum, num. 6.  
ibidem, quod indulgentia concessa vni Conuentui  
non communicatur ab aliis.

## RESOL. XXVIII.

An si priuilegium Altaris priuilegiati sit concessum aliis  
Religioni, per communicationem possit alia Reli-  
gione eum?

Ei quare, quomodo vero communicatio in Iubilais, &  
Indulgentia detur inter Regulares, & eorum Eccle-  
sias sine eiusdem, sive diversi sunt Ordinis? ut verbi-  
gia, Indulgentia concessa Fratribus Minoribus in  
Festis suorum Sanctorum censentur concessa pro Ec-  
clesiis Predicatorum in festis suorum Sanctorum, &  
e contraria: Ex p. 9. tr. 2. Ref. 20.

**O**lim respondi negatiue: & ita nunc ite. Sup. hoc in  
summa qz. Regul. tom. 3. verb. Altare, numero 19.  
vbi sic ait: [Huiusmodi autem Altaria priuilegiata  
vnus Ecclesia, vel Religionis, non communicantur  
aliis etiam habentibus generalem communicationem  
priuilegiorum aliarum Religionum: tum, quia stylus  
Curiae ita tenet: tum, quia iuxta regulam iuris in 6.  
qua est 81. in generali concessione non veniunt ea,  
qua quis non est verisimiliter in specie concessurus.] Ita ille, qui citat Peyrinum: quibus adder Romanum de priuileg. Regul. lib. 1. cap. 2. num. 13. Bordoni  
tom. 2. ref. 52. num. 85.

2. Quomodo ergo detur communicatio in Iubilais,  
& Indulgentia inter Regulares eorum Ecclesias, sive  
eiudem, sive diversi Ordinis, recognoscit Quintana-  
duetas in Theol. mor. tract. 4. Appendix, dub. 8. & 9.  
Et obiter hinc nota, Hieronymum Rodriguez in Comp.  
qz. regul. refol. 116. n. 52. docete, Indulgentias conces-  
tas, v. g. Fratribus Minoribus in Festis suorum San-  
ctorum, censeti concessas pro Ecclesiis Prædicatorum  
in Festis suorum Sanctorum, & e contra. Sed haec  
opinio protinus est reficienda, & à praxi abhorret, &  
cam detectatur consueto, secundum quam priuile-  
gia esse interpretanda, communis est Doctorum senten-  
tia, ut docet Miranda tom. 2. q. 44. art. 4. siquidem  
ea declarat, quando lex obligat, vel non obligat, ut  
cum S. Thoma p. 2. q. 97. art. 3. q. 186. art. 9. docent  
Theologi, & confutudo iuxta hos, & juris peritos  
vim legis habet. & si rationabilis, & præscripta,  
iudicandum est secundum ipsam in iudicio, & foro  
contentioso, etiamsi interdum sit contraria iuri scrip-  
to, vt ex Glos. in cap. consuetudo, d. 1. probat Sylvius  
verb. Consuetudo, q. 19. o. 2. & 21. Quis igitur inquam  
cogitauit, quod virtute lubilei concessi in die S. Bonauenturae,  
lacentur fidiles, illud in die S. Hiacynthi in  
Ordine Prædicatorum.

## RESOL. XXIX.

An Altaria priuilegiata concessa Regularibus fuerint  
revoocata per Bullam Pauli V. anno 1606. vel tantum  
prædictus Pontifex revoocauerit Indulgentias concessas  
immediate ipsi Regularibus viuis?

Idem dicendum est de Indulgentiis concessis pro anima-  
bus Regularibus absque villa aliorum Regularium, vel  
sacularium diligentia. Ex p. 9. tr. 1. Ref. 21.

5. 1. **R**espondeo negatiue cum Quintanadueñas  
in Theol. mor. tom. 1. tract. 4. Appendix,  
dub. 2. num. 5. vbi probat, quod in dicto Breui revo-  
cata non sunt Indulgentiae concessas Religiosis pro  
Animabus Purgatorijs: v. g. ut tali Missa, vel oratio-  
ne, vel in tali die liberent unam animam à Purgatorio.  
Huiusmodi Indulgentias plures inuenies apud  
Hieronymum Rodriguez refol. 77. à num. 62. Et ani-  
maduerte, quod etiamsi anima Purgatorijs sit Reli-  
giofi cuiusvis, & Pontifex concedat, quod quicunque,  
sive sacerdotes, sive Regularis, hoc, vel illud opus  
pro illa efficerit in Ecclesiis Regularium, aut in eo-  
rum Altaribus priuilegiatis, liberet eam; non est  
censendum, hanc Indulgentiam esse reuocatam: nam  
indultum hoc non concessum Religiosis, quaten-  
sus Religiosi sunt; sed ratione Ecclesie, vel Alta-  
ris; & Paulus V. non reuocauit Indulgentias Regu-  
larium Ecclesie, vel Altaribus concessas, sed tan-  
tum concessas immediate, & directe, ipsi Regulari-  
bus viuis, qui proprieatate eius foro erant. Imo,  
et si nominatum Pontifex exigenter, ut Missa pro ani-  
ma Regularis defuncti à Regulari celebretur, ut de-  
functus à Purgatorio liberaretur; adhuc haec Indul-  
gentia,

B. 4 gentia,

Sup. hoc in  
tr. 5. lege  
latam doce.  
Ref. 40. fig-  
nante s. pe-  
nult. & vlt.